



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

XL. Markgraf Otto bestätigt den Michaelisaltar in Brietzen, am 6. October 1367.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

herman van wolkow, Ritter, kuntze van flyven vnser hofmeister vnd ander erbaren lüte genuk. Geben zu Spandow nach gotes geburte 'dretzehnhundert jar darnach in deme sechste vnd sechzigsten jare, des nehesten tages nach sante nicolai tage.

XL. Markgraf Otto bestätigt den Michaelisaltar in Brieghen, am 6. October 1367.

Nos Otto, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie, Recognoscimus publice per presentes, quod vidimus litteras Illustris Principis Ludovici Senioris, quondam Marchionis Brandenburgensis, fratris nostri carissimi bone memorie sigillo suo sigillatas, prout sequitur in hec verba: (die Urkunde de 1343. No. XX.) Quas quidem litteras ex certa scientia ratificamus, approbamus et tenore presentium confirmamus, Damus etiam discretis viris consulibus civitatis nostre Bryffen fidelibus nostris dilectis presentibus et futuris jus presentandi ad dictum altare sic, quod ipsi ad predictum altare personam idoneam quotiescunque vacaverit et necesse fuerit debebunt et poterunt presentare. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Presentibus nobilibus Heinrico Comite de Swartzburg, Frederico Comite de Orlemunde, ac strenuis Johanne de Rochou, Henrico de Hermanstein militibus, Matthia de Bredow et Conrado de Schlieben Curie nostre magistro cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Brizen Anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo septimo, feria tertia proxima post festum Sancti Michaelis Archangeli.

XLI. Der Magistrat in Brieghen bezeugt ein Vermächtniß zu einer Spende, am 23. Juni 1370.

— nos civitatis Brizen consules conjurati recognoscimus — quod Heine Brize, noster concivis, vir commendabilis, erogavit seu legavit post mortem suam bonis suis ex promptissimis, — ad anime sue salutem — XL sexagenas preciforum grossorum et duas casas in Viridi Platea in opposito casarum stantes nostre civitatis, et quatuor jugera pratorum juxta silvam Ridewisch, qui dicuntur Rorlant. Hec quidem prescripta bona tali conditione legavit, quod, ut melius et jugiter poterit, emi pro his redditus debeant annuales: predictorum bonorum summa bina vice singulis annis, scilicet semel in feria sexta mediū jejunii cuilibet pauperi unum alec et feria sexta ante festum sancti Johannis baptiste unum ovum et panis, prout de dictis redditibus due partes complere valeant, a patronis utrarumque ecclesiarum beate virginis et sancti Nicolai debent erogari, et dicti provivores ecclesiarum super predicta tempora bina vigiliis et missas cum sacerdotibus et singulis scolaribus debent in salutem anime sue integraliter ordinare, et hi quatuor provivores legavit de dictis duarum partium proventibus ut comedant commensaliter conjunctim temporibus dictis in binis, tertiam vero partem predictorum reddituum in usus utrarum dictarum ecclesiarum dividuntur et equaliter debent vertere patroni sepediti. Super omnia idem dictus Heine Britze nostre civitatis consules elegit, rogavit et ordinavit